52 32 52

acceptandam dat et admittit. Submittit se item ipse recognoscens cum suis posteris memoratum tenutarium et eius posteros iure praemisso ab omni impedimento iuridico omnium personarum propinquarum et remotarum isto tempore tenuta eiusmodi libere quoties opus fuerit tueri defendere eripere et solus per se et per submissas personas non inquietari sub Vadio simili aliorum Quinquaginta florenorum pol. Et coram officio castrensi Branscensi perpetuo tempore Omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibus, impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores abrenunciando et abrenunciando sub amissione sua libere et integrae causae.

Plonowo Proszanka. Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneali Branscensi comparens Nobilis Petrus olim Adami Plonowski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Jacobus olim Joannis Plonowski et fratri suo Jacobo a quo pacem cavet ex obligatione bonorum Smurly sitorum olim Nobili Adamo Plonowski parenti suo per olim Nobilem Adamum Dorotheam Krinska cum assistentia mariti sui et Nicolai Smurko filij inscripto tandem per olim Nobilem Joannem Plonowski iure perpetuo quaesito emundando ius suum perpetuum respectu bonorum olim parenti ipsi reinscriptorum decem florenos pol. id est decem persolvit ideo ipsum quietat et de bonis condescendit perpetuo.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneali Branscensi personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Andreae Proszenski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Petrus olim Alberti Proszenski ex obligatione bonorum Proszanka et Domanowo sitorum principalis per ipsum Nobili Mathaeo Proszenski inscriptorum tandem sibi per illum demissi Septem florenos pol. persolvit ideo ipsum quietat et de bonis condescendit perpetuis temporibus.

Smurly Obniski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneali Branscensi personaliter comparens Nobilis Joannes olim Pauli Smurko Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Lucae olim Adae Obniski de Obnize et in Smurly heredi et ipsius successoribus de omni et integra